Fragmentarium

Ceterum vero ordo agendus ultima pars eius orationis dicatur
ut ab omnibus respondeatur . sed libera nos a malo ; In na
talicius sanctorum qualiter vigiliae agantur .
In sanctorum vero festivitatibus . et omnibus sollemnitatibus ;
sicut diximus dominico die agendum ita agatur .
excepto quod psalmi aut antiphone ad ipsum diem
pertinentes dicantur ; Modus autem supra scriptus
teneatur . Quibus temporibus alleluia dicatur ;
A sancto pascha usque ; ad pentecosten . sine intermixi
one . dicatur alleluia . tam in psalmis . quam in respon
soriis ; A pentecosten autem . usque ; in capud
quadragesime omnibus noctibus . cum sex posterioribus ;
psalmis . tantum a nocturnas dicatur . Omni bus vero
dominicis . extra quadragesima . cantica matuti
na . prima . tertia . sexta . nonaque ; cum alleluia dicantur .
Vespera vero . iam antiphonis . Responsoria vero . numquam
dicantur . cum alleluia . nisi a pasca usque ; ad pentecos
ten . Qualiter divina opera per diem agantur ;
Ut ait propheta . Septies in die laudem dixi tibi .
Qui septenarius numerus . sacratus a nobis . sic
inplebitur . si matutino . prime . tertiae . sexte .

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 15r – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48960)